

PSALMUS 118

118 : 1 **ALLELŪIA: Beātī immaculātī in viā, quī ambulant in lēge
Dominī.**

Alleluia: Blessed are the undefiled in the way, who walk in the law of the Lord.

118 : 2 **Beātī, quī scrūtantur testimōnia ejus; in tōtō corde exquīrent
eum.**

Blessed are they that search his testimonies; they will seek him with their whole heart.

118 : 3 **Nōn enim quī operantur inīquitātem in viīs ejus
ambulāvērunt.**

For they that work iniquity have not walked in his ways.

118 : 4 **Tū mandāstī mandāta tua cūstōdirī nimis.**

Thou hast commanded thy commandments to be kept most diligently.

118 : 5 **Utinam dīrigantur viae meae ad cūstōdiendās jūstificātiōnēs
tuās.**

O that my ways may be directed to keep thy justifications.

118 : 6 **Tunc nōn cōfundar, cum perspexerō in omnibus mandātīs
tuīs.**

Then shall I not be confounded, when I shall look into all thy commandments.

118 : 7 **Cōnfitēbor tibi in dīrēctiōne cordis, in eō quod didicī jūdicia
jūstitiae tuae.**

I will praise thee with uprightness of heart, when I shall have learned the judgments of thy justice.

118 : 8 **Jūstificātiōnēs tuās cūstōdiam; nōn mē dērelinquās
usquequāque.**

I will keep thy justifications; do not thou utterly forsake me.

118 : 9 **In quō corrigit adolēscentior viam suam? In cūstōdiendō
sermōnēs tuōs.**

By what doth a young man correct his way? By observing thy words.

118 : 10 **In tōtō corde meō exquisīvī tē; nē repellās mē ā mandātīs tuīs.**

With my whole heart have I sought after thee; let me not stray from thy commandments.

118 : 11 **In corde meō abscondī ēloquia tua, ut nōn peccem tibi.**

Thy words have I hidden in my heart, that I may not sin against thee.

118 : 12 **Benedictus es Domine; docē mē jūstificātiōnēs tuās.**

Blessed art thou, O Lord; teach me thy justifications.

118 : 13 **In labiīs meīs prōnūntiāvī omnia jūdicia ōris tuī.**

With my lips I have pronounced all the judgments of thy mouth.

118 : 14 **In viā testimōniōrum tuōrum dēlectātus sum, sicut in
omnibus dīvitiīs.**

I have been delighted in the way of thy testimonies, as in all riches.

118 : 15 **In mandātīs tuīs exercēbor, et cōnsiderābō viās tuās.**

I will meditate on thy commandments, and I will consider thy ways.

118 : 16 **In jūstificātiōnibus tuīs meditābor; nōn oblīvīscar sermōnēs
tuōs.**

I will think of thy justifications; I will not forget thy words.

118 : 17 **Retribue servō tuō; vīvificā mē, et cūstōdiam sermōnēs tuōs.**

Give bountifully to thy servant; enliven me, and I shall keep thy words.

- 118 : 18 **Revēlā oculōs meōs, et cōnsīderābō mīrābilia dē lēge tuā.**
Open thou my eyes, and I will consider the wondrous things of thy law.
- 118 : 19 **Incola ego sum in terrā; nōn abscondās ā mē mandāta tua.**
I am a sojourner on the earth; do not hide thy commandments from me.
- 118 : 20 **Concupīvit anima mea dēsīderāre jūstificātiōnēs tuās in omnī tempore.**
My soul hath coveted to long for thy justifications at all times.
- 118 : 21 **Increpāstī superbōs; maledictī quī dēclīnant ā mandātīs tuīs.**
Thou hast rebuked the proud; they are cursed who decline from thy commandments.
- 118 : 22 **Aufer ā mē opprobrium, et contemptum, quia testimōnia tua exquīsīvī.**
Remove from me reproach and contempt, because I have sought after thy testimonies.
- 118 : 23 **Etenim sēdērunt prīncipēs, et adversum mē loquēbantur; servus autem tuus exercēbātur in jūstificātiōnibus tuīs.**
For princes sat, and spoke against me; yet thy servant was employed in thy justifications.
- 118 : 24 **Nam et testimōnia tua meditātiō mea est, et cōsiliū meum jūstificātiōnēs tuae.**
For thy testimonies are my meditation, and thy justifications my counsel.
- 118 : 25 **Adhaesit pavīmentō anima mea; vīvificā mē secundum verbum tuum.**
My soul hath cleaved to the pavement; quicken thou me according to thy word.
- 118 : 26 **Vīās meās ēnūntiāvī, et exaudīstī mē; docē mē jūstificātiōnēs tuās.**
I have declared my ways, and thou hast heard me; teach me thy justifications.
- 118 : 27 **Viam jūstificātiōnum tuārum īnstrue mē, et exercēbor in mīrābilibus tuīs.**
Make me to understand the way of thy justifications, and I shall be exercised in thy wondrous works.
- 118 : 28 **Dormītāvit anima mea prae taediō; cōfirmā mē in verbīs tuīs.**
My soul hath slumbered through heaviness; strengthen thou me in thy words.
- 118 : 29 **Viam inīquitātis āmovē ā mē, et dē lēge tuā miserēre meī.**
Remove from me the way of iniquity, and out of thy law have mercy on me.
- 118 : 30 **Viam vērītātis ēlēgī; jūdicia tua nōn sum oblītus.**
I have chosen the way of truth; thy judgments I have not forgotten.
- 118 : 31 **Adhaesī testimōniīs tuīs, Domine; nōlī mē cōfundere.**
I have stuck to thy testimonies, O Lord; put me not to shame.
- 118 : 32 **Viam mandātōrum tuōrum cucurrī, cum dīlātāstī cor meum.**
I have run the way of thy commandments, when thou didst enlarge my heart.
- 118 : 33 **Lēgem pōne mihi, Domine, viam jūstificātiōnum tuārum, et exquīram eam semper.**
Set for me a law, O Lord, the way of thy justifications, and I will always seek after it.
- 118 : 34 **Dā mihi intellēctum, et scrūtābor lēgem tuam, et cūstōdiam illam in tōtō corde meō.**
Give me understanding, and I will search thy law, and I will keep it with my whole heart.
- 118 : 35 **Dēdūc mē in sēmitam mandātōrum tuōrum, quia ipsam voluī.**
Lead me into the path of thy commandments, for I have desired it.
- 118 : 36 **Inclīnā cor meum in testimōnia tua, et nōn in avāritiam.**
Incline my heart into thy testimonies, and not to covetousness.

- 118 : 37 **Āverte oculōs meōs nē videant vānitātem; in viā tuā vīvificā mē.**
Turn away my eyes that they may not behold vanity; quicken me in thy way.
- 118 : 38 **Statue servō tuō ēloquium tuum in timōre tuō.**
Establish thy word to thy servant in thy fear.
- 118 : 39 **Amputā opprobrium meum quod suspicātus sum, quia iūdicia tua jūcunda.**
Turn away my reproach which I have apprehended, for thy judgments are delightful.
- 118 : 40 **Ecce concupīvī mandāta tua; in aequitāte tuā vīvificā mē.**
Behold I have longed after thy precepts; quicken me in thy justice.
- 118 : 41 **Et veniat super mē misericordia tua, Domine; salūtāre tuum secundum ēloquium tuum.**
And let thy mercy also come upon me, O Lord; thy salvation according to thy word.
- 118 : 42 **Et respondēbō exprobrantibus mihi verbum, quia spērāvī in sermōnibus tuīs.**
And I shall answer them that reproach me in any thing; that I have trusted in thy words.
- 118 : 43 **Et nē auferās dē ore meō verbum vērītātis usquequāque, quia in iūdiciīs tuīs superspērāvī.**
And take not thou the word of truth utterly out of my mouth: for in thy words I have hoped exceedingly.
- 118 : 44 **Et cūstōdiam lēgem tuam semper, in saeculum et in saeculum saeculī.**
And I shall always keep thy law, for ever and for ever and ever.
- 118 : 45 **Et ambulābam in lātitudīne, quia mandāta tua exquisīvī.**
And I walked at large, because I have sought after thy commandments.
- 118 : 46 **Et loquēbar in testimōniīs tuīs in cōspectū rēgum, et nōn cōfundēbar.**
And I spoke of thy testimonies before kings, and I was not ashamed.
- 118 : 47 **Et meditābar in mandātīs tuīs, quae dīlēxī.**
And I meditated on thy commandments, which I loved.
- 118 : 48 **Et levāvī manūs meās ad mandāta tua, quae dīlēxī, et exercēbar in iūstificātiōnibus tuīs.**
And I lifted up my hands to thy commandments, which I loved, and I was exercised in thy justifications.
- 118 : 49 **Memor estō verbī tuī servō tuō, in quō mihi spem dedistī.**
Be thou mindful of thy word to thy servant, in which thou hast given me hope.
- 118 : 50 **Haec mē cōsōlāta est in humilitāte meā, quia ēloquium tuum vīvificāvit mē.**
This hath comforted me in my humiliation, because thy word hath enlivened me.
- 118 : 51 **Superbī inīquē agēbant usquequāque, ā lēge autem tua nōn dēclīnāvī.**
The proud did iniquitously altogether, but I declined not from thy law.
- 118 : 52 **Memor fuī iūdiciōrum tuōrum ā saeculō Domine, et cōsōlātus sum.**
I remembered, O Lord, thy judgments of old, and I was comforted.
- 118 : 53 **Dēfectiō tenuit mē, prō peccātōribus dērelinquentibus lēgem tuam.**
A fainting hath taken hold of me, because of the wicked that forsake thy law.

118 : 54

**Cantābilēs mihi erant iustificātiōnēs tuae in locō
peregrinātiōnis meae.**

Thy justifications were the subject of my song, in the place of my pilgrimage.

118 : 55

Memor fui nocte nōminis tui Domine, et cūstōdivi lēgem tuam.

In the night I have remembered thy name, O Lord, and have kept thy law.

118 : 56

Haec facta est mihi, quia iustificātiōnēs tuās exquisivi.

This happened to me, because I sought after thy justifications.

118 : 57

Portiō mea, Domine; dixi cūstōdire lēgem tuam.

My portion, O Lord; I have said I would keep thy law.

118 : 58

**Dēprecātus sum faciem tuam in tōtō corde meō; miserere mei
secundum ēloquium tuum.**

I entreated thy face with all my heart; have mercy on me according to thy word.

118 : 59

Cōgitāvi viās meās, et converti pedēs meōs in testimōnia tua.

I have thought on my ways, and turned my feet unto thy testimonies.

118 : 60

Parātus sum, et nōn sum turbātus, ut cūstōdiam mandāta tua.

I am ready, and am not troubled, that I may keep thy commandments.

118 : 61

**Fūnēs peccātorum circumplexi sunt mē, et lēgem tuam nōn
sum oblītus.**

The cords of the wicked have encompassed me, but I have not forgotten thy law.

118 : 62

**Mediā nocte surgēbam, ad cōnfitendum tibi super iūdicia
iustificātiōnis tuae.**

I rose at midnight to give praise to thee, for the judgments of thy justification.

118 : 63

**Particeps ego sum omnium timentium tē, et cūstōdientium
mandāta tua.**

I am a partaker with all them that fear thee, and that keep thy commandments.

118 : 64

**Misericordia tua, Domine, plēna est terra; iustificātiōnēs tuās
docē mē.**

The earth, O Lord, is full of thy mercy; teach me thy justifications.

118 : 65

**Bonitātem fēcisti cum servō tuō, Domine, secundum verbum
tuum.**

Thou hast done well with thy servant, O Lord, according to thy word.

118 : 66

**Bonitātem et disciplīnam et scientiam docē mē, quia mandātis
tuis credidi.**

Teach me goodness and discipline and knowledge, for I have believed thy commandments.

118 : 67

**Priusquam humiliārer ego deliqui; propterea ēloquium tuum
cūstōdivi.**

Before I was humbled I offended; therefore have I kept thy word.

118 : 68

Bonus es tū, et in bonitāte tuā docē mē iustificātiōnēs tuās.

Thou art good, and in thy goodness teach me thy justifications.

118 : 69

**Multiplicāta est super mē iniquitās superbōrum; ego autem in
tōtō corde meō scrūtābor mandāta tua.**

The iniquity of the proud hath been multiplied over me; but I will seek thy commandments with my whole heart.

118 : 70

**Coāgulātum est sicut lac cor eōrum; ego vērō lēgem tuam
meditātus sum.**

Their heart is curdled like milk; but I have meditated on thy law.

- 118 : 71 **Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas.**
It is good for me that thou hast humbled me, that I may learn thy justifications.
- 118 : 72 **Bonum mihi lex oris tui, super millia aurum et argentum.**
The law of thy mouth is good to me, above thousands of gold and silver.
- 118 : 73 **Manus tuae fecerunt me, et plasmaverunt me; da mihi intellectum, et discam mandata tua.**
Thy hands have made me and formed me; give me understanding, and I will learn thy commandments.
- 118 : 74 **Qui timent te videbunt me, et laetabuntur, quia in verba tua supersperavi.**
They that fear thee shall see me, and shall be glad, because I have greatly hoped in thy words.
- 118 : 75 **Cognovi, Domine, quia aequitas iudicia tua, et in veritate tua humiliasti me.**
I know, O Lord, that thy judgments are equity, and in thy truth thou hast humbled me.
- 118 : 76 **Fiat misericordia tua ut consoletur me, secundum eloquium tuum servo tuo.**
O let thy mercy be for my comfort, according to thy word unto thy servant.
- 118 : 77 **Veniant mihi miserationes tuae, et vivam, quia lex tua meditatio mea est.**
Let thy tender mercies come unto me, and I shall live, for thy law is my meditation.
- 118 : 78 **Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me; ego autem exercebor in mandatis tuis.**
Let the proud be ashamed, because they have done unjustly towards me; but I will be employed in thy commandments.
- 118 : 79 **Convertantur mihi timentes te, et qui non verunt testimonia tua.**
Let them that fear thee turn to me, and they that know thy testimonies.
- 118 : 80 **Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar.**
Let my heart be undefiled in thy justifications, that I may not be confounded.
- 118 : 81 **Defecit in salutare tuum anima mea, et in verbum tuum supersperavi.**
My soul hath fainted after thy salvation, and in thy word I have very much hoped.
- 118 : 82 **Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: Quando consolaberis me?**
My eyes have failed for thy word, saying: When wilt thou comfort me?
- 118 : 83 **Quia factus sum sicut uter in pruina; justificationes tuas non sum oblitus.**
For I am become like a bottle in the frost; I have not forgotten thy justifications.
- 118 : 84 **Quot sunt dies servi tui? Quando facies de persequentibus me iudicium?**
How many are the days of thy servant? When wilt thou execute judgment on them that persecute me?
- 118 : 85 **Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.**
The wicked have told me fables, but not as thy law.
- 118 : 86 **Omnia mandata tua veritas; inique persecuti sunt me; adjuva me.**
All thy statutes are truth; they have persecuted me unjustly, do thou help me.

- 118 : 87 **Paulō minus cōsummāvērunt mē in terrā; ego autem nōn dērelīquī mandāta tua.**
They had almost made an end of me upon earth; but I have not forsaken thy commandments.
- 118 : 88 **Secundum misericordiam tuam vīvificā mē, et cūstōdiam testimōnia ōris tuī.**
Quicken thou me according to thy mercy, and I shall keep the testimonies of thy mouth.
- 118 : 89 **In aeternum, Domine, verbum tuum permanet in caelō.**
For ever, O Lord, thy word standeth firm in heaven.
- 118 : 90 **In generātiōnem et generātiōnem vērītās tua; fundāstī terram, et permanet.**
Thy truth unto all generations; thou hast founded the earth, and it continueth.
- 118 : 91 **Ōrdinātiōne tuā persevērat diēs, quoniam omnia serviunt tibi.**
By thy ordinance the day goeth on, for all things serve thee.
- 118 : 92 **Nisi quod lēx tua meditātiō mea est, tunc forte periissem in humilitāte meā.**
Unless thy law had been my meditation, I had then perhaps perished in my abjection.
- 118 : 93 **In aeternum nōn oblīvīscar jūstificātiōnēs tuās, quia in ipsīs vīvificāstī mē.**
Thy justifications I will never forget, for by them thou hast given me life.
- 118 : 94 **Tuus sum ego; salvum mē fac, quoniam jūstificātiōnēs tuās exquīsivī.**
I am thine; save thou me, for I have sought thy justifications.
- 118 : 95 **Mē expectāvērunt peccātōrēs ut perderent mē; testimōnia tua intellēxī.**
The wicked have waited for me to destroy me; I have understood thy testimonies.
- 118 : 96 **Omnis cōsummātiōnis vīdī finem, lātum mandātum tuum nimis.**
I have seen an end of all perfection; thy commandment is exceeding broad.
- 118 : 97 **Quōmodo dīlēxī lēgem tuam, Domine; tōtā diē meditātiō mea est.**
O how have I loved thy law, O Lord; it is my meditation all the day.
- 118 : 98 **Super inimīcōs meōs prūdentem mē fēcistī mandātō tuō, quia in aeternum mihī est.**
Through thy commandment, thou hast made me wiser than my enemies: for it is ever with me.
- 118 : 99 **Super omnēs docentēs mē intellēxī, quia testimōnia tua meditātiō mea est.**
I have understood more than all my teachers, because thy testimonies are my meditation.
- 118 : 100 **Super senēs intellēxī, quia mandāta tua quaesivī.**
I have had understanding above ancients, because I have sought thy commandments.
- 118 : 101 **Ab omnī viā malā prohibuī pedēs meōs, ut cūstōdiam verba tua.**
I have restrained my feet from every evil way, that I may keep thy words.
- 118 : 102 **Ā jūdicīis tuīs nōn dēclīnāvī, quia tū lēgem posuistī mihī.**
I have not declined from thy judgments, because thou hast set me a law.
- 118 : 103 **Quam dulcia faucibus meīs ēloquia tua, super mel ōrī meō.**
How sweet are thy words to my palate, more than honey to my mouth.

- 118 : 104 **Ā mandātīs tuīs intellēxī; proptereā ōdīvī omnem viam inīquitātīs.**
By thy commandments I have had understanding, therefore have I hated every way of iniquity.
- 118 : 105 **Lucerna pedibus meīs verbum tuum, et lūmen sēmitīs meīs.**
Thy word is a lamp to my feet, and a light to my paths.
- 118 : 106 **Jūrāvī et statuī cūstōdīre jūdicia jūstītie tuae.**
I have sworn and am determined to keep the judgments of thy justice.
- 118 : 107 **Humiliātus sum usquequāque, Domine; vīvificā mē secundum verbum tuum.**
I have been humbled exceedingly, O Lord; quicken thou me according to thy word.
- 118 : 108 **Voluntāria ōris meī benēplacita fac, Domine, et jūdicia tua docē mē.**
The free offerings of my mouth make acceptable, O Lord, and teach me thy judgments.
- 118 : 109 **Anima mea in manibus meīs semper, et lēgem tuam nōn sum oblītus.**
My soul is continually in my hands, and I have not forgotten thy law.
- 118 : 110 **Posuērunt peccātōrēs laqueum mihī, et dē mandātīs tuīs nōn errāvī.**
Sinners have laid a snare for me, but I have not erred from thy precepts.
- 118 : 111 **Hērēditāte acquisīvī testimōnia tua in aeternum, quia exsultātiō cordis meī sunt.**
I have purchased thy testimonies for an inheritance for ever, because they are the joy of my heart.
- 118 : 112 **Inclīnāvī cor meum ad faciendās jūstificātiōnēs tuās in aeternum, propter retribūtiōnem.**
I have inclined my heart to do thy justifications for ever, for the reward.
- 118 : 113 **Inīquōs odiō habuī, et lēgem tuam dīlēxī.**
I regarded the unjust transgressors with hated, and have loved thy law.
- 118 : 114 **Adjūtor et susceptor meus es tū, et in verbum tuum superspērāvī.**
Thou art my helper and my protector, and in thy word I have greatly hoped.
- 118 : 115 **Dēclīnāte ā mē, malignī, et scrūtābor mandāta Deī meī.**
Depart from me, ye malignant, and I will search the commandments of my God.
- 118 : 116 **Suscipe mē secundum ēloquium tuum, et vīvam, et nōn cōfundās mē ab expectātiōne meā.**
Uphold me according to thy word, and I shall live, and let me not be confounded in my expectation.
- 118 : 117 **Adjuvā mē, et salvus erō, et meditābor in jūstificātiōnibus tuīs semper.**
Help me, and I shall be saved, and I will meditate always on thy justifications.
- 118 : 118 **Sprēvistī omnēs discēdentēs ā jūdiciīs tuīs, quia injūsta cōgitātiō eōrum.**
Thou hast despised all them that fall off from thy judgments, for their thought is unjust.
- 118 : 119 **Praevāricantēs reputāvī omnēs peccātōrēs terrae; ideō dīlēxī testimōnia tua.**
I have accounted all the sinners of the earth prevaricators, therefore have I loved thy testimonies.
- 118 : 120 **Cōnfīge timōre tuō carnēs meās; ā jūdiciīs enim tuīs timuī.**
Pierce thou my flesh with thy fear, for I am afraid of thy judgments.

- 118 : 121 **Fēcī jūdicium et jūstitiam; nōn trādās mē calumniantibus mē.**
I have done judgment and justice; give me not up to them that slander me.
- 118 : 122 **Suscipe servum tuum in bonum; nōn calumnientur mē superbī.**
Uphold thy servant unto good; let not the proud calumniate me.
- 118 : 123 **Oculī meī dēfēcērunt in salūtāre tuum, et in ēloquium jūstitiae tuae.**
My eyes have fainted after thy salvation, and for the word of thy justice.
- 118 : 124 **Fac cum servō tuō secundum misericordiam tuam, et jūstificātiōnēs tuās docē mē.**
Deal with thy servant according to thy mercy, and teach me thy justifications.
- 118 : 125 **Servus tuus sum ego; dā mihi intellēctum, ut sciam testimōnia tua.**
I am thy servant; give me understanding that I may know thy testimonies.
- 118 : 126 **Tempus faciendī, Domine; dissipāvērunt lēgem tuam.**
It is time, O Lord, to act; they have dissipated thy law.
- 118 : 127 **Ideō dīlēxī mandāta tua super aurum et topāzion.**
Therefore have I loved thy commandments above gold and the topaz.
- 118 : 128 **Proptereā ad omnia mandāta tua dīrigēbar; omnem viam inīquam odiō habuī.**
Therefore was I directed to all thy commandments; I regarded with hatred all wicked ways.
- 118 : 129 **Mīrabilia testimōnia tua; ideō scrūtāta est ea anima mea.**
Thy testimonies are wonderful; therefore my soul hath sought them.
- 118 : 130 **Dēclārātiō sermōnum tuōrum illūminat, et intellēctum dat parvulīs.**
The declaration of thy words giveth light, and giveth understanding to little ones.
- 118 : 131 **Ōs meum aperuī, et attrāxī spīritum, quia mandāta tua dēsīderābam.**
I opened my mouth, and drew breath, because I longed for thy commandments.
- 118 : 132 **Aspice in mē, et miserēre meī, secundum jūdicium dīligentium nōmen tuum.**
Look thou upon me, and have mercy on me, according to the judgment of them that love thy name.
- 118 : 133 **Gressūs meōs dīrige secundum ēloquium tuum, et nōn dominētur meī omnis injūstitia.**
Direct my steps according to thy word, and let no iniquity have dominion over me.
- 118 : 134 **Redime mē ā calumniīs hominum, ut cūstōdiam mandāta tua.**
Redeem me from the calumnies of men, that I may keep thy commandments.
- 118 : 135 **Faciem tuam illūminā super servum tuum, et docē mē jūstificātiōnēs tuās.**
Make thy face to shine upon thy servant, and teach me thy justifications.
- 118 : 136 **Exitūs aquārum dēdūxērunt oculī meī, quia nōn cūstōdiērunt lēgem tuam.**
My eyes have sent forth springs of water, because they have not kept thy law.
- 118 : 137 **Jūstus es Domine, et rēctum jūdicium tuum.**
Thou art just, O Lord, and thy judgment is right.
- 118 : 138 **Mandāstī jūstitiam testimōnia tua, et vērītātem tuam nimis.**
Thou hast commanded justice thy testimonies, and thy truth exceedingly.

118 : 139

Tābēscere mē fēcit zēlus meus, quia oblītī sunt verba tua inimīcī meī.

My zeal hath made me pine away, because my enemies forgot thy words.

118 : 140

Ignītum ēloquium tuum vehementer, et servus tuus dilēxit illud.

Thy word is exceedingly refined, and thy servant hath loved it.

118 : 141

Adolēscētulus sum ego et contemptus; jūstificātiōnēs tuās nōn sum oblītus.

I am very young and despised; thy justifications I did not forget.

118 : 142

Jūstitia tua jūstitia in aeternum, et lēx tua vērītās.

Thy justice is justice for ever, and thy law is the truth.

118 : 143

Trībulātiō et angustia invēnērunt mē; mandāta tua meditātiō mea est.

Trouble and anguish have found me; thy commandments are my meditation.

118 : 144

Aequitās testimōnia tua in aeternum; intellēctum dā mihi, et vīvam.

Thy testimonies are justice for ever; give me understanding, and I shall live.

118 : 145

Clāmāvī in tōtō corde meō, exaudī mē, Domine; jūstificātiōnēs tuās requīram.

I cried with my whole heart, hear me, O Lord; I will seek thy justifications.

118 : 146

Clāmāvī ad tē; salvum mē fac, ut cūstōdiam mandāta tua.

I cried unto thee; save me, that I may keep thy commandments.

118 : 147

Praevēnī in mātūrītāte, et clāmāvī, quia in verba tua superspērāvī.

I prevented the dawning of the day, and cried, because in thy words I very much hoped.

118 : 148

Praevēnērunt oculī meī ad tē dīlūculō, ut meditārer ēloquia tua.

My eyes to thee have prevented the morning, that I might meditate on thy words.

118 : 149

Vōcem meam audī secundum misericordiam tuam Domine, et secundum jūdicium tuum vīvificā mē.

Hear thou my voice, O Lord, according to thy mercy, and quicken me according to thy judgment.

118 : 150

Adpropinquāvērunt persequentēs mē inīquitātī, ā lēge autem tuā longē factī sunt.

They that persecute me have drawn nigh to iniquity, but they are gone far off from thy law.

118 : 151

Prope es tū Domine, et omnēs viae tuae vērītās.

Thou art near, O Lord, and all thy ways are truth.

118 : 152

Initiō cognōvī dē testimōniīs tuīs, quia in aeternum fundāstī ea.

I have known from the beginning concerning thy testimonies, that thou hast founded them for ever.

118 : 153

Vidē humilitātem meam, et ēripe mē, quia lēgem tuam nōn sum oblītus.

See my humiliation, and deliver me, for I have not forgotten thy law.

118 : 154

Jūdicā jūdicium meum, et redime mē; propter ēloquium tuum vīvificā mē.

Judge my judgment, and redeem me; quicken thou me for thy word's sake.

- 118 : 155 Longē ā peccātōribus salūs, quia jūstificātiōnēs tuās nōn exquīsīerunt.
Salvation is far from sinners, because they have not sought thy justifications.
- 118 : 156 Misericordiae tuae multae, Domine; secundum jūdicium tuum vīvificā mē.
Many, O Lord, are thy mercies; quicken me according to thy judgment.
- 118 : 157 Multī quī persequuntur mē, et tribulant mē; ā testimōniīs tuīs nōn dēclīnāvī.
Many are they that persecute me and afflict me; from thy testimonies I have not declined.
- 118 : 158 Vīdī praevāricantēs et tābēscēbam, quia ēloquia tua nōn cūstōdiēerunt.
I beheld the transgressors, and pined away, because they kept not thy word.
- 118 : 159 Vidē quoniam mandāta tua dīlēxī, Domine; in misericordiā tuā vīvificā mē.
Behold I have loved thy commandments, O Lord; quicken me thou in thy mercy.
- 118 : 160 Prīncipium verbōrum tuōrum vērītās; in aeternum omnia jūdicia jūstitiae tuae.
The beginning of thy words is truth; all the judgments of thy justice are for ever.
- 118 : 161 Prīncipēs persecūtī sunt mē grātīs, et ā verbīs tuīs formīdāvit cor meum.
Princes have persecuted me without cause, and my heart hath been in awe of thy words.
- 118 : 162 Laetābor ego super ēloquia tua, sicut quī invēnit spolia multa.
I will rejoice at thy words, as one that hath found great spoil.
- 118 : 163 Inīquitātem odiō habuī, et abōminātus sum; lēgem autem tuam dīlēxī.
Iniquity I regarded with hated, and I abhorred; thy law however I have loved.
- 118 : 164 Septiēs in diē laudem dīxī tibī, super jūdicia jūstitiae tuae.
Seven times a day I have given praise to thee, for the judgments of thy justice.
- 118 : 165 Pāx multa dīligentibus lēgem tuam, et nōn est illīs scandalum.
Much peace have they that love thy law, and to them there is no stumbling block.
- 118 : 166 Expectābam salūtāre tuum, Domine, et mandāta tua dīlēxī.
I looked for thy salvation, O Lord, and I loved thy commandments.
- 118 : 167 Cūstōdīvit anima mea testimōnia tua, et dīlēxit ea vehementer.
My soul hath kept thy testimonies and hath loved them exceedingly.
- 118 : 168 Servāvī mandāta tua et testimōnia tua, quia omnēs viae meae in cōspectū tuō.
I have kept thy commandments and thy testimonies, because all my ways are in thy sight.
- 118 : 169 Adpropinquet dēprecātiō mea in cōspectū tuō, Domine; iuxtā ēloquium tuum dā mihī intellēctum.
Let my supplication, O Lord, come near in thy sight; give me understanding according to thy word.
- 118 : 170 Intret postulātiō mea in cōspectū tuō; secundum ēloquium tuum ēripe mē.
Let my request come in before thee; deliver thou me according to thy word.
- 118 : 171 Ēructābunt labia mea himnum, cum docuerīs mē jūstificātiōnēs tuās.
My lips shall utter a hymn, when thou shalt teach me thy justifications.

118 : 172 **Prōnūntiābit lingua mea ēloquium tuum, quia omnia
mandāta tua aequitās.**

My tongue shall pronounce thy word, because all thy commandments are justice.

118 : 173 **Fiat manus tua ut salvet mē, quoniam mandāta tua ēlēgī.**

Let thy hand be with me to save me; for I have chosen thy precepts.

118 : 174 **Concupīvī salūtāre tuum, Domine, et lēx tua meditātiō mea est.**

I have longed for thy salvation, O Lord, and thy law is my meditation.

118 : 175 **Vivet anima mea, et laudābit tē, et jūdicia tua adjuvābunt mē.**

My soul shall live, and it shall praise thee, and thy judgments shall help me.

118 : 176 **Errāvī sicut ovis quae periit; quaere servum tuum, quia
mandāta tua nōn sum oblītus.**

I have gone astray like a sheep that is lost; seek thy servant, because I have not forgotten thy commandments.